SOLEMNIS RECITAGIO

AD VRBANVM III.

RELATVM, IN C. 3. DE CRIMINE FALSI.

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO GRAVISSIMO', ATQVE CONSVLTISSIMO VIRO D. D. IOSEPHO GONZALEZ, EQVESTRIS Ordinis Diui Iacobi, è supremo iustitiæ Senatu, & Cameræ Præcipuo, cui secreta potentissimi Hispaniarum Regis Philippi Quarti (cognomento magni) inniterentur; A cruciatæ concessibus; Aulæ vbi regale Salinarum ius asseritur æquissimi præsidis, & fidei pijssimæ causæ in Generale Inquisitionis Tribunali Christianissimi iudicis, adiutoris, fautoris. Cui vigor animi tantis negotijs, & totius mundi par.



Salmanticæ Apud D. D. D. DIDACVM Taberniel. Ano 164

Daſe licencia pâra que ſé pneda imprimir eſta repeticion, con la cenſura del ſeñor Doctor Franciſco Ramos del Mançano, Cathedratico de Prima de leyes. En Salamanca a 11. de Henero de 1642

Scholaſticus Salmantinus.

I Visu clarissimi, & reuerendissimi D.D. Ludouici Venegas & Figueroa, Cōsiliarij Regij, & Salmantinæ Scholæ Chancellarij, extemporaneam hanc relectionem ad Vrbanum III. in cap. 3. de crimine falsi, quam plaudente dissentium, & docentium caueâ in Principe Academia & Theatro, recitauit eruditissimus professor D. Franciscus de la Espada, maioris Salmanticensis Collegij ab Archiepiscopo Toletano erecti togatus nobilis, & Decretalium cathedræ, tunc candidatus, mox voto, & bono publico antecessor, vidi auidè, attentèque, & quam auribus voluptatem, cum recitaret instillauerat, hausi oculis, cum lectitarem. Profectò valet hic, vetus illud. Atque & pictura; illa optima, quæ & eminus inspecta, & comminus placet, quæque quo propius adstes, te capiat magis, & amat sub luce videri, ita in his subitarijs dissertationibus ea laudatissima, quæ non modo dicta properanti cum auditu (plerumque, vt Tertullianus loquitur *fallacia reo*) & veluti elonginquo spectanti iudicio placuit, sed & scripta, & admota propiori, & maturiori lectionis examini, vel moxosi attentique.

Tertullianus de anima, c. 17.

Horatius in arte poetica.

Iudicis argutum non reformidat acumen:

Immò quæ & auditorem simul in plausus, & lectorem in laudes rapit, Id mihi in hac scriptione accidisse, ex animi sententia testor. Adeo nihil in ea, quod vel christianis moribus, & fidei non consonet, vel in ciuili, & ecclesiastica iurisprudētia, sacra & profana eruditione, non omnia sufragantis censuræ puncta tulerit, & mereatur, vt proinde non gloriosior olim Hispanis, punctim hostem ferire assuetis, Hispaniensis ille gladius, seu spatha, acie vtrimque, & mucrone acuto, quam togatæ huic militiæ hodie ESPADÆ nostri Hispaniensis genius vtrimque, & in vtramque iuris prudentiam acuminatus, remque ipsam, inter tot æui antiqui lituras non penetras dumtaxat, sed pgens dextrè & fœliciter, nec gloriosæ minus in posterum, hæc eruditi styli puncta & insignia ostentare Salmantica nostra posit, & debeat, quam sua olim stigmata Britones.

Polybius lib. 6. Liuius. lib. 22.

Tertullianus de velandi. virginibus, c. 10. Claudianus lib. 1. in Rebuffinum.

Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus.

Ita non tantum voueo, & spero, sed censeo. Salmanticæ 18 Kalendæ Ianuarias. Anno Christiano 1641.

D. Franciscus Ramos

PRÆCLARISSIMO PRÆSTANTISSIMO, atque nobilissimo viro D.D. Licenciato Ioseph Gonçalez.

PLENO HIC ELLOGIO, CVM NOMINO laudo, & totum noscit quisquis audit.

Alijs magni, & amicti cædant tituli quibus iners, nec pro fama mens est hic sine titulo solo nomine magnus est.

Et clarissimo filio suo D. Ioanni Gonçalez de Azqueta & Valdes fœlici virtutum omnium successori, ingenij, iudicij, eruditionis, prudentiæ, præstantiæ; & integritatis, ita vt in cuiusque specie vtrumque inspicias, in filio patrem venerare in illo filium ames, & veluti maginoso consulis hic filium consulis, & qui patrem.

PRodit en recitatio solemnis; id est quam dixi pro decretaliū cathedra, & tuum ausa nomen vsurpare fœlici auspicio, & successu, quid auspicor? tuum inspirauit numen & nomen affluxit splenduit ita conciliatas habui fauentium voluntates & ferentium suffragia, vt non nisi a tuo numine, & nomine hoc fuisse censeamus: Quid ni? in ipsa apparebat libelli fronte, & ab illo tantā lucem mutuabat, quantam à Sole totum cœlum, Non ita lucentia pauorum colla natura ornauit. Sed si ambitione quadam hoc fecisse obsequium, tamen me tibi nuda testatione deferre inueniens, si duplicē huiusce causam expectes, & publicam, & priuatam: si publicam: cui melius dicarem, & inscriberem, quam litterarum Mæcenati fautori, adiutori, cuius affectus eximius in studia, cuius laus præcipui quoddam titulo tibi debetur. Gratulantur Europæ Musæ a te consulente in veterem suum splendorem restitùta, & vigorem illum litteratiæ exercitationis, qui iam diu friguerat, exarsisse præmiorum incitamentis. Cui melius? quam ei cuius si potentiam, & latitudinem imperandi exspectem a primo illo capite proximum dixerim, aut secundum.

Stat

——— ——— ——— ,——— ——— Stat proxima ceruix
Ponderis immenso ——— ——— ——— ———

Quis neget nullum fortius fundamentum, quo tota regnandi moles nitatatur, quam fidissimum, probumque consiliarium, & adiutorem, atque hoc Regiæ prudentiæ caput esse.

Præcipuum Principis opus esse amicos parare.

Quis neget te non casu, aut fortuna altantæ dignitatis fastigium admotũ sed meritis, quæ magis debita illi, quam illud meritis? Certe in huiusmodi adiutorum dilectu (si credimus politicis) vel noscunt Principes, vel tangunt lapidem illum Lydium communis famæ, *singuli (enim) decipere, & decipi possunt, nemine omnes fefellerũt.* Ad quid magis illi tubæ vnquam debuit? Cum in Pintiano Senatu Regis causas ageres, ad te loquentem confugiebat clamitossa turba, pendebat, stupebat, non ne clamor ille Regium compleuerat orbem; non ne hoc in omnium ore nullum doctiorem; prudentioremque, & ex illis qui habent.

Pectora quæ mundi valeant euoluere curas

Quis non mirabatur indefessum ingenium, & laboris huius, aut appetẽs magis, aut ferens, semper in libris, carthis noctu, diu. assiduus, accubuus, nec dies solum omnes appensi, aut numerati ad hanc curam, sed horæ: Scilicet horæ, dies, menses illis sunt inuenti, quorum in vita, aliquid est, quod metiare, in immensis, cur aut quomodo vtare, quemcumque mensor modum dixerit falsum dixerit. Iure ergo Potentissimus, atque pijssimus Hispaniarum Rex nostri Philipus Quartus (cognomento magnus) te primum ad suam criminalium causarum curiam adsciuit, vbi vix sedisti, propterea quia iniquũ erat alciori gradui, non dum tempestiuum videri, qui tantæ maturus esset virtuti. Quare ad supremum *iustitiæ* senatum erectus, & ad *Gratiæ,* vbi quidquid subnascente, & occiduo sole est moderaris & gubernas. In ciuili sane esset *de prudentia, de integritate, & conscientia,* quæ tuæ sunt, actionum que tuarum examen meunti trias illa annotabitur, & effulgebit, edisserere. Quam procul â te iustitiæ exitium *inscitia* à puris moribus, *auaritia, & fauor,* qui iuditio obsistit. liuor ipse fateatur inuictus. Tu super hos prauos affectus.

——— ——— ——— ——— vt altus olympi.

Vertex qui spatio ventos, hiemesque relinquit
Celsior exurgit pluuijs, auditque ruentes
sub pedibus nimbos, & cæca tonitrua calcat.

Vitio equidem hoc fit plerumque malignitatis humanæ, vt vetera semper in laude recentia infastidio sint, verumtamen in te habemus quem antiquis famosisque vrbium, Prouintiarumque Rethoribus, quocumque tamen nomine commendentur, adæquemus non modo, sed ante feramus. hoc vnum libenter de te prædico, quæ prædicant omnes, nam cum assiduo inuidentium malitia validos apud Principem exosa venenum secreto spargat, omnis ta

men

en de te,*secreto loquuntur, quæ palam*, absunt procul aclamationes illæ, quas
etus extorsit, aut adulatio exprimit. Desunt præmia tanto ministro, non
rinceps, aut fauor e, aut gratia, aut liberalitate. iactet posteritas Diogenem
im Alexandro, quem apricantem Corinthi vidisset aceesisse ad eum dici
ır, & Regiæ liberalitatis opem iacenti, obtulisset quid peteret? Cum vero
'hilosophus leberrimioris respondisset, *hoc peto nequid eripias. Solomreddè, quẽ
itercipis.* Responsum admiratum, purpuram tot Reguis, victorijsque nobilẽ
um pannoso palliolo regales ceptrum cum Cyrico parauisse vaculo infra
apientiam habere diadema demostrans, & pœnæ parem Alexandro Dioge
nem, vox eius apud Plutareum, *nisi Alexander essem. Diogenes vellem.* An igitur
k tu Ale xandrum tuum habes? immo Philipum optimum, maximumque
Regum, nec vnius orbis Monarcam. Maiorem illo Magno, quippe cuius vo-
ũ imperio noster superauit. Adsit nouus Anaxagoras, nouosque, & infinitos
constituat mundos: nos dedimus, aut dabimus, qui subijciat ac regat. Quãti
gitur te Philipus faciat, quanti Diogenem Alexa nd er. Extimauit virtutẽ
viri, doctrinam, prudentiam; & quem subditum habuit, etiam amicum vo-
luit, teque, *columnam Imperij* habere sæpe confessus est. Non quidem Alexan
dri imitatione illud expresit, *nisi Philipus essent, Iosephus vellem*; sed indicauit,
& aliũ dare *Balthasarem Carolum poterat, Iosephum*: ne quidem promittere. Tã
to facilius est Regni hæredem, quam Ingeuij nasci: sceptrum; quam stilum
versari, immo tanto facilius parem stirpi filium accipere, quam parem Reg-
no adiutorem habere. Quid dicam delegationibus, & functionibus à te for
titer susceptis, & initis, pro Reipublicæ salute, bellorum ciuilium ingruen-
te turba. Qua prudentia, quo consilio, quo arbitrio, tãto malo mæderis, â quo
quid scelerum abest, quid impietatis? *Castra ex vna parte contraria, & parentum
& liberorumque Sacramenta diuersa*, Quam mite moueas, & suadeas, facundia,
mulcendique mixta sceueritate, & authoritate, rebeles, & discordãtes animos?
Qaum leniter indulgeas his, qui propter metum, & authorum contagione
quadam in insaniunt? nam vt recte Philosophus, *Ob metum seditiones mouent,
tam hi, qui fecere iniuriam, me tuentes pœnam, quam hi, qui inse expectant, preuenire
volentes, prius quam ea inferatur.* Hoc sane in primis in te laudandum, quod cu
ras tuas à singulis ad publicam profers: & patsiam consilijs, & prudent ia
opportune inuas. En tenebras, & confusionem tempotum: tempestatem in
mari, in terra bella pro Religione, pro Imperio, dissidia cum veris; & om
nia sic turbata, aut desperata, vt pars consilij censeatur consilijs non se misce
re. Sed tu is obviam, et inquiete, aut subductione aliornm manum adclauum
porrigis, sed aduocatus. Rex noster, post hominum memoriã optimus, mag
nus, iterumque magnus bona tua, imo sua videt, cum te coram videt. illam dig
nitatem corporis, eloquium oris, animi prudentiam. Quod si a vestibulo do-
mum, ab aurora diem augurari licet, nos abhis magnam quandam à te lucem
Qua illam etiam maiorum illustrares. Maiorum inquam.

Neque

——— Neque te series in honora parentum
Obscurum proauis, & pricæ lucis egentem, Plebeia de stirpe iulit. ———
Sed clarum, testatumque tibi genus, è veteri illa, & pura Hispaniæ parte
Iam vt nihil æternitati tuæ deesset, nec solum apud posteros memoria, sed imago esset, Filius en tibi, *quem Deus, Natura, & Fortuna.*

Omnibus ornatum voluere, excellere rebus,

Ad expressam suorum similitudinem eductum, ad quam rapitur excellēs quæque natura, & simulachrum cælestium animorum refert decerpta ab his aura. Habes successorem non bonotum omnium splēdidissimæ domus (nec in domo solum reliquis, sed in Republica) sed omnium bonarum artium, quibus ornaris, habes hæredem non diuitis, & oppulenti patrimonij, sed virtutum, quę in te, velut in speculo elucent, & ad illum dimanant, tanquam solis radijs percuso. O miraculum hominis. Non prius natum vidimus, quam altum, adultum, & grandem, iuuante supra ordinem suum natura, & ingenio Quod. ——— *Velocius annis*

Currit. ———

Certe hac vis generosæ sobolis. Nam

Seges illa magnum fœnus agricolis dabit
Quæcumque latis tenera luxuriat satis:
Arborque celso vertice euincit nemus,
Quam non maligna cædiit; aut resecat manus

Communi naturę lege omnes nascuntur, aluntur, crescunt, decrescunt. At in isto dispensata, ne vllum ad virtutem ætatis occium, nec per communes dimensiones præclara Indoles iuit. Cæteri filij à parentibus educuntur, docentur, & liberalibus disciplinis instruuntur, at ille hæc omnia habuit, velut per taansmissionem. O Fælix ingenium, quod salutaria in transitu rapuit? *Nam vt Dij immortales nullam didicere virtutem, cum omni editi, & pars natura eorum est esse bonos, ita quidam ex hominibus egregiam sortiti in dolem, in ea quæ tradi solent per ueniunt, sine longo magisterio & honesta complexi sunt, cum primum audierint.* Sol porne posterius hominem vidit, quam scientiæ adsertorem. Posterius vitæ aura, quam Musarum omnium inspirauit. Posterius æthereus spiritus, quo fruimur, quam altum rationis lumen ingenij, & industriæ, Primum lac eloquentiæ, guttur, fauusque dulcissimus. Psima terra Parnasi colles ardua. Prima fascia purpuræ regales, toga insignis Collegij sanctæ Crucis. Primum cunabulū iurisprudentiæ cathedra, & quidem Digesti veteris. Quod alijs tempus vagitu, crepundijs, lusibus transit: Quis ergo bonarum rerum meditationi solidum aut crediderit impendisse? & quas cunas incubant, illi doctrinæ Athenæum, ac totius humanitatis officinam fuisse! Iactet nunc alius, sibi nunquam ferias, nec puero contigisse, isti nec Infanti. O iterum miraculum hominis? Hi primi infantiæ: pueritiæ, adolescentiæ gressus, in eo adeò laudandi, quia ad luxum, voluptates, & prospera domus nō flexi (vt plerumque solet) sed semper directi ad virtutis gloriam, & opinionem. Iam igitur illum habes non successorem

im-

imo socium, ad ministrum, & adiutorem tuæ potentiæ, Magnum hoc suæ moderationis indicium, quod non solum successor, sed particeps etiam, sociusque placuit. *Nam successor, etiam si nolis habendus est, non est habendus socius nisi velis.* Nos vero gratulari æquo possumus, quod in maximo orbis solio ijsdem virtutibus sedentem, *Filium*, videmus, quibus & *Patrem*, & quidem sedentem in supremo Indiarum senatus, ea functione, quæ suam facundiam, & eruditionem requirebat, qua doctissimi totius Regni viri probantur, & quæ vnum litterarum præmium est, *Nempe in Regijs causis, & negotijs asserendis.* Cuius recti adimpleti muneris, eloquij, sapientiæ, prudentiæ, industriç ac vigilantiæ iam in alijs curis præclarum fecerat testimonium. Quid insuper de nobilitate addam, quam supertui nominis decus, auxit illustre nobilissimæ, atque præclarissimæ D. & D. meæ D. *Catharinæ de Valdes*, quod ab antiquissimis *Asturiæ* Principibus traxit, id satis ad gloriam, vel riuos habere communes cum Regio illo fonte, longa retro series, si Principum, si Heroum, si maiorum eius familiæ bona facta, stemmata, & monumenta hic adnotare. Tandem vt ad priuatam caulam veniam, vestra beneuolencia, comitas, & begninitas, nec begninitas solum, sed beneficientia, qua in parentes meos, & me semper vsi, me pœne erubescentem impulere, vt *Solemnem hanc* quam dixi *Recitationem*, ad vos mitterem, non munus, sed particulam non luendi, sed profitendi æris causa (quando obæratum me fateor, & iure obligatum nexu. quem profiteri magis, quam soluere ego possim, & ecce profiteor animo, ore stylo, & hoc nomen in fronte huius libelli proscribo) non donum, *sed Syngraphã* non liberationem, *sed confessoriam tabellam.* Accipite ergo ignoscite, remittite: & si quod inter tot curas publicas, & negociorum molem, quietis leuamen, in manum admittite. Videbitis, si tanti est legere, nec vrgeo. Nam fortasse exiguum hoc soluti vestram manum adire, oblectamento erit, cum & totius census alienam requireret. Valete, & viuite fęlices eà fortnnâ, & potentia, qua nunc, & maiori, quam ille, qui supra omnes vult, & est; dare potest.

Salmanticæ scripsit vestræ magnitudini.

PP. cliens.

Licenc. D. Franciscus de la Espada y Prada.

SOLEMNIS RECITAGIO

AD VRBANVM III.

RELATVM, IN C. 3. DE CRIMINE FALSI.

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO GRAVISSIMO', ATQVE CONSVLTISSIMO VIRO D.' D. IOSEPHO GONZALEZ, EQVESTRIS Ordinis Diui Iacobi, è ſupremo iuſtitiæ Senatu, & Cameræ Præcipuo, cui ſecreta potentiſsimi Hiſpaniarum Regis Philippi Quarti (cognomento magni) inniterentur; A cruciatæ conceſsibus; Aulæ vbi regale Salinarum ius aſſeritur æquiſsimi præſidis, & fidei pijſsimæ cauſæ in Generale Inquiſitionis Tribunali Chriſtianiſsimi iudicis, adiutoris, fautoris. Cui vigor animi tantis negotijs, & totius mundi par.

Salmanticæ Apud Tabernieł. Ano 1642.

Dase licencia para que se pueda imprimir esta repeticion, con la censura del señor Doctor Francisco Ramos del Mançano, Cathedratico de Prima de leyes. En Salamanca a 11. de Henero de 1642

Scholasticus Salmantinus.

IVssu clarissimi, & reuerendissimi D.D. Ludouici Vene gas & Figueroa, Cōsiliarij Regij, & Salmantinæ Scholæ Chancellarij, extemporaneam hanc relectionem ad Vrbanum III. in cap. 3. de crimine falsi, quam plaudentium, & docentium caueâ in Principe Academia & Theatro, recitauit eruditissimus professor D. Franciscus de la Espada, maioris Salmanticensis Collegij ab Archiepiscopo Toletano erecti togatus nobilis, & Decretalium cathedræ, tunc candidatus, mox voto, & bono publico antecessor, vidi auidè, attentèque, & quam auribus voluptatem, cum recitaret instilauerat, hausi oculis, cum lectitarem. Profectò valet hic, vetus illud. Atque & pictura; illa optima, quæ & eminus inspecta, & comminus placet, quæque quo propius adstes, te capiat magis, & amat sub luce videri, ita in his subitarijs dissertationibus ea laudatissima, quæ non modo dicta properanti cum auditu (plerumque, vt Tertullianus loquitur *fallaciæ reo*) & veluti elonginquo spectanti iudicio placuit, sed & scripta, & admota propiori, & maturiori lectionis examini, vel moxosi attentique.

Tertullianus de anima, c. 17.

Horatius in arte poetica.

Iudicis argutum non reformidat acumen:

Immò quæ & auditorem simul in plausus, & lectorem in laudes rapit, Id mihi in hac scriptione accidisse, ex animi sententia testor. Adeo nihil in ea, quod vel christianis moribus, & fidei non consonet, vel in ciuili, & ecclesiastica iurisprudētia, sacra & profana eruditione, non omnia sufragantis censuræ puncta tulerit, & mereatur, vt proinde non gloriosior olim Hispanis, punctim hostem ferire assuetis, Hispaniensis ille gladius, seu spatha, acie vtrimque. & mucrone acuto, quam togatæ huic militiæ hodie ESPADÆ nostri Hispaniensis genius vtrimque, & in vtramque iuris prudentiam acuminatus, remque ipsam, inter tot æui antiqui lituras non penetras dumtaxat, sed pgens dextrè & fœliciter, nec gloriosæ minus in posterum, hæc eruditi styli puncta & insignia ostentare Salmantica nostra posit & debeat, quam sua olim stigmata Britones.

Polybius lib. 6. Liuius. lib. 22.

Tertullianus de velandi. virginibus, c. 10. Claudianus lib. 1. in Rebuffinum.

Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus.

Ita non tantum vouco, & spero, sed censeo. Salmanticæ 12 Kalendæ Ianuarias. Anno Christiano 1641.

D. Franciscus Ramos

PRÆCLARISSIMO PRÆSTANtissimo, atque nobilissimo viro D.D. Licenciato Ioseph Gonçalez.

PLENO HIC ELLOGIO, CVM NOMINO laudo, & totum noscit quisquis audit.

Alijs magni, & amicti cædant tituli quibus iners, nec pro fama mens est hic sine titulo solo nomine magnus est.

Et clarissimo filio suo D. Ioanni Gonçalez de Azqueta & Valdes fœlici virtutum omnium successori, ingenij, iudicij, eruditionis, prudentiæ, præstantiæ, & integritatis, ita vt in cuiusque specie vtrumque inspicias, in filio patrem venerare in illo filium ames, & veluti maginoso consulis hic filium consulis, & qui patrem.

PRodit en recitatio solemnis; id est quam dixi pro decretaliũ cathedra, & tuum ausa nomen vsurpare fœlici auspicio, & successu, quid auspicor? tuum inspirauit numen & nomen afluxit splenduit ita conciliatas habui fauentium voluntates & ferentium suffragia, vt non nisi a tuo numine, & nomine hoc fuisse censeamus: Quid ni? in ipsa apparebat libelli fronte, & ab illo tantã lucem mutuabat, quantam à Sole totum cœlum, Non ita lucentia pauonum colla natura ornauit. Sed si ambitione quadam hoc fecisse obsequium, tamen me tibi nuda testatione deferre inueniens, si duplicẽ huiusrei causam expectes, & publicam, & priuatam: si publicam: cui melius dicarem, & inscriberem, quam litterarum Mæcenati fautori, adiutori, cuius affectus eximius in studia, cuius laus præcipui quoddam titulo tibi debetur. Gratulantur Europæ Musæ a te consulente in veterem suum splendorem restituta, & vigorem illum litterariæ exercitationis, qui iam diu friguerat, exarsisse præmiorum incitamentis. Cui melius? quam ei cuius si potentiam, & latitudinem imperandi exspectem a primo illo capite proximum dixerim, aut secundum.

Stat

——— ——— ——— ———Stat proxima ceruix
Ponderis immenso ——— ——— ——— ——— ———

Quis neget nullum fortius fundamentum, quo tota regnandi moles nitatatur, quam fidissimum, probumque consiliarium, & adiutorem, atque hoc Regiæ prudentiæ caput esse.

Præcipuum Principis opus esse amicos parare.

Quis neget te non casu, aut fortuna altantæ dignitatis fastigium admotũ sed meritis, quæ magis debita illi, quam illud meritis! Certe in huiusmodi adiutorum dilectu (si credimus politicis) vel noscũnt Principes, vel tangunt lapidem illum *Lydium* communis famæ, *singuli (enim) decipere, & decipi possunt; neminẽ omnes fefellerũt.* Ad quid magis illi tubæ vnquam debuit? Cum in Pintiano Senatu Regis causas ageres, ad te loquentem confugiebat clamitossa turba, pendebat, stupebat, non ne clamor ilic Regium compleuerat orbem; non ne hoc in omnium ore nullum doctiorem, prudentioremque, & ex illis qui habent.

Pectora quæ mundi valeant euoluere curas

Quis non mirabatur indefessum ingenium, & laboris huius, aut appetẽs magis, aut ferens; semper in libris, carthis noctu, diu. asiduuus, accubuus, nec dies solum omnes appensi, aut numerati ad hanc curam, sed horæ: Scilicet horæ, dies, menses illis sunt inuenti, quorum in vita, aliquid est; quod metiare, in immensis, cur aut quomodo vtare, quemcumque mensor modum dixerit falsum dixerit. Iure ergo Potentissimus, atque pijssimus Hispaniarum Rex nostri Philipus Quartus (cognomento magnus) te primum ad suam criminalium causarum curiam adsciuit, vbi vix sedisti, propterea quia iniquũ erat alciori gradui, non dum tempestiuum videri, qui tantæ maturus esset virtuti. Quare ad supremum *iustitiæ* senatum erectus, & ad *Gratiæ*, vbi quidquid subnascente, & occiduo sole est moderaris & gubernas. In ciuili sane esset *de prudentia, de integritate, & conscientia*, quæ tuæ sunt, actionum que tuarum examen meunt itrias illa annotabitur, & effulgebit, edisserere. Quam procul â te iustitiæ exitium *inscitia* à puris moribus, *auaritia, & fauor*, qui iuditio obsistit; liuor ipse fateatur inuictus. Tu super hos prauos affectus.

——— ——— ——— vt altus olympi.

Vertex qui spatio ventos, hiemesque relinquit
Celsior exurgit pluuijs, auditque ruentes
Sub pedibus nimbos, & cæca tonitrua calcat.

Vitio equidem hoc fit plerumque malignitatis humanæ, vt vetera semper in laude recentia infastidio sint, verumtamen in te habemus quem antiquis famosisque vrbium, Prouintiarumque Rethoribus, quocumque tamen nomine commendentur, adæquemus non modo, sed ante feramus; hoc vnum libenter de te prædico, quæ prædicant omnes; nam cum asiduo inuidentium malitia validos apud Principem exosa venenum secreto spargat, omnis tamen

men

ien de te, *secreto loquuntur, quæ palam*, absunt procul aclamationes illæ, quas metus extorsit, aut adulatio exprimit. Desunt præmia tanto ministro, non Princeps, aut fauore, aut gratia, aut liberalitate. iactet posteritas Diogenem cum Alexandro, quem apricantem Corinthi vidisset acceßisse ad eum dicitur, & Regiæ liberalitatis opem iacenti, obtulisse: quid peteret? Cum vero Philosophus leberrimioris respondisset, *hoc peto nequid eripias. Solem redde, quẽ intercipis*. Responsum admiratum, purpuram tot Reguis, victorijsque nobilẽ cum pannoso palliolo regales ceptrum cum Cyrico parauisse vaculo infra sapientiam habere diadema demostrans, & pœnæ parem Alexandro Diogenem, vox eius apud Plutareum, *nisi Alexander essem. Diogenes vellem*. An igitur & tu Alexandrum tuum habes? immo Philipum optimum, maximumque Regum, nec vnius orbis Monarcam. Maiorem illo Magno, quippe cuius votũ imperio noster superauit. Adsit nouus Anaxagoras, nouosque, & infinitos constituat mundos: nos dedimus, aut dabimus, qui subijciat ac regat. Quãti igitur te Philipus faciat, quanti Diogenem Alexander. Ex timauit virtutẽ viri, doctrinam, prudentiam; & quem subditum habuit, etiam amicum voluit, teque, *columnam Imperij* habere sæpe confessus est Non quidem Alexandri imitatione illud expresit, *nisi Philipus essent, Iosephus vellem*; sed indicauit, & aliũ dare *Balthasarem Carolum poterat, Iosephum*: ne quidem promittere. Tãto facilius est Regni hæredem, quam Ingenij nasci: sceptrum; quam stilum versari, immo tanto facilius parem stirpi filium accipère, quam parem Regno adiutorem habere, Quid dicam delegationibus, & functionibus à te fortiter susceptis, & initis, pro Reipublicæ salute, bellorum ciuilium ingruente turba. Qua prudentia, quo consilio, quo arbitrio, tãto malo mæderis, à quo quid scelerum abest, quid impietatis? *Castra ex vna parte contraria, & parentum & liberorumque Sacramenta diuersa*, Quam mite moueas, & suadeas, facundia, mulcendique mixta seueritate, & authoritate, rebeles, & discordãtes animos? Quam leniter indulgeas his, qui propter metum, & authorum contagione quadam in insaniunt? nam vt recte Philosophus, *Ob metum seditiores mouent, tam hi, qui fecere iniuriam, metuentes pœnam, quam hi, qui infe expectant, preuenire volentes, prius quam ea inferatur*. Hoc sane in primis in te laudandum, quod curas tuas à singulis ad publicam profers: & patsiam consilijs, & prudentia opportune inuas En tenebras, & confusionem tempotum: tempestatem in mari, in terra bella pro Religione, pro Imperio, dissidia cum veris; & omnia sic turbata, aut desperata, vt pars consilij censeatur consilijs non se misce re. Sed tu is obviam, et inquiete, aut subductione aliorum manum adclauum porrigis, sed aduocatus. Rex noster, post hominum memoriã optimus, magnus, iterumque magnus bona tua, imo sua videt, cum te coram videt, illam dignitatem corporis, eloquium oris, animi prudentiam. Quod si a vestibulo domum, ab aurora diem augurari licet, nos ab his magnam quandam à te lucem Qua illam etiam maiorum illustrares. Maiorum inquam.

Neque

Neque te series in honora parentum
Obscurum proauis, & pricæ lucis egentem, Plebeia de stirpe iulit.

Sed clarum, testatumque tibi genus, è veteri illa, & pura Hispaniæ parte Iam vt nihil æternitati tuæ deesset, nec solum apud posteros memoria; sed imago esset, Filius en tibi, *quem Deus, Natura, & Fortuna.*

Omnibus ornatum voluere, excellere rebus,

Ad expressam suorum similitudinem eductum, ad quam rapitur excellēs quæque natura, & simulachrum cælestium animorum refert decerpta ab his aura. Habes successorem non bonotum omnium splēdidissimæ domus (nec in domo solum reliquis, sed in Republica) sed omnium bonarum artium, quibus ornaris, habes hæredem non diuitis, & oppulenti patrimonij, sed virtutum, quę in te, velut in speculo elucent, & ad illum dimanant, tanquam solis radijs percuso. O miraculum hominis. Non prius natum vidimus, quam altum, adultum, & grandem, iuuante supra ordinem suum natura, & ingenio Quod. *Velocius annis*

Currit.

Certe hac vis generosæ sobolis. Nam

Seges illa magnum fœnus agricolis dabit
Quæcumque lætis tenera luxuriat satis:
Arborque celso vertice euincit nemus,
Quam non maligna cædiit, aut resecat manus

Communi naturę lege omnes nascuntur, aluntur, crescunt, decrescunt. At in isto dispensata, ne vllum ad virtutem ætatis occium, nec per communes dimensiones præclara Indoles iuit. Cæteri filij à parentibus educuntur, docentur, & liberalibus disciplinis iustruuntur, at ille hæc omnia habuit, velut per transmissionem. O Fælix ingenium, quod salutaria in transitu rapuit? *Nam vt Dij immortales nullam didicere virtutem, cum omni editi, & pars natura eorum est esse bonos, ita quidam ex hominibus egregiam sortiti indolem, in ea quæ tradi solent perueniunt, sine longo magisterio, & honesta complexi sunt, cum primum audierint.* Sol pone posterius hominem vidit, quam scientiæ adsertorem. Posterius vitæ aura, quam Musarum omnium inspirauit. Posterius æthereus spiritus, quo fruimur, quam altum rationis lumen ingenij. & industriæ, Primum lac eloquentiæ, guttur, fauusque dulcissimus. Prima terra Parnasi colles ardua. Prima fascia purpuræ regales, toga insignis Collegij sanctæ Crucis. Primum cunabulū iurisprudentiæ cathedra, & quidem Digesti veteris. Quod alijs tempus vagitu, crepundijs, lusibus transit: Quis ergo bonarum rerum meditationi solidum aut crediderit impendisse? & quas curas incubant, illi doctrinæ Athenæum, ac totius humanitatis officinam fuisse? lactet nunc alius, sibi nunquam ferias, ne c puero contigisse, isti nec Infanti. O iterum miraculum hominis? Hi primi infantiæ: pueritiæ, adolescentiæ gressus, in eo adeò laudandi, quia ad luxum, voluptat es, & prospera domus nō flexi (vt plerumque solet) sed semper directi ad virtutis gloriam, & opinionem. Iam igitur illum habes non successorem

imo

imo socium, ad ministrum, & adiutorem tuæ potentiæ. Magnum hoc suæ moderationis indicium, quod non solum successor, sed particeps etiam; sociusque placuit. *Nam successor, etiam si nolis habendus est, non est habendus socius nisi velis.* Nos vero gratulari æquo possumus, quod in maximo orbis solio ijsdem virtutibus sedentem, *Filium*, videmus, quibus & *Patrem*, & quidem sedentem in supremo Indiarum senatus, ea functione, quæ suam facundiam, & eruditionem requirebat, qua doctissimi totius Regni viri probantur, & quæ vnum litterarum præmium est, *Nempe in Regijs causis, & negotijs asserendis.* Cuius recti adimpleti muneris, eloquij, sapientiæ, prudentiæ, industriæ ac vigilantiæ iam in alijs curis præclarum fecerat testimonium. Quid insuper de nobilitate addam, quam super tui nominis decus, auxit illustre nobilissimæ, atque præclarissimæ D. & D. meæ D. *Catharinæ de Valdes*, quod ab antiquissimis *Asturiæ* Principibus traxit, id satis ad gloriam, vel riuos habere communes cum Regio illo fonte, longa retro series, si Principum, si Heroum, si maiorum eius familiæ bona facta, stemmata, & monumenta hic adnotare. Tandem vt ad priuatam causam veniam, vestra beneuolencia, comitas, & begninitas, nec begninitas solum, sed beneficientia, qua in parentes meos, & me semper vsi, me pœne erubescentem impulere, vt *Solemnem hāc* quam dixi *Recitationem*, ad vos mitterem, non munus, sed particulam non luendi, sed profitendi æris causa (quando obæratum me fateor, & iure obligatum nexu. quem profiteri magis, quam soluere ego possim, & ecce profiteor animo, ore stylo, & hoc nomen in fronte huius libelli proscribo) non donum, *sed Syngrapha* non liberationem, *sed confessoriam tabellam.* Accipite ergo ignoscite, remittite: & si quod inter tot curas publicas, & negociorum molem, quietis leuamen, in manum admittite. Videbitis, si tanti est legere, nec vrgeo. Nam fortasse exiguum hoc soluti vestram manum adire, oblectamento erit, cum & totius census alienam requireret. Valete, & viuite felices eâ fortunâ, & potentia, qua nunc, & maiori, quam ille, qui supra omnes vult, & est; dare potest.

Salmanticæ scripsit vestræ magnitudini.

PP. cliens.

Licenc. D. Franciscus de la Espada y Prada.

NOBILISSIMO VIRO.

Facundiæ fonti. Eloquentiæ speculo vndique admirando.

Insigni rubedinis toga decorato, D.D.Francisco de la Espada.

D.Didacus de Vitoria Loredo Iacobæi ensis torquatus Collegij purpura insignitus.

In amicitiæ verissimam fidem.
Hoc modestum potius quam facetum sufragium.

D. D. D.

DE Crimine falsi, obiter dilucidè, facunditer, vere paucis ab hinc diebus diseruisti (Præceptor Amantissime) nec sine crimine agere videbaris, omnibus auferendo, quod tibi sors dedit, vt omnibus conferres. Suaue fuit mihi sermonibus tuis pasci, dulcius mehercle illis vti. Esse tibi vsui pariter & cordi litteras scio, ingenio diues studio deditus, adolescentiæ adscriptus. Nec abs re (reddam Magistro quod ab ipso accepi) seruitute voluntaria captus. ergastulo nostro litteratus, laboribus Academiæ inscriptus. Nota præsens, lectio in fronte, in qua modus egregius, grandis, pulcherrimus, elucubr

 teus,

tus. Controuerſiæ ſubtiles, variæ loci (teſte Varrone), *in xxij. feri. & tineos dicam, quia & frigus credo habuere*, facilitas, quam omnibus apta, vernans verbis, æſtuans votis. Nec vt ſuſpectus videar, Terpſichorem aſciui commentitiam, & per Roſcidas Aganippici fontis ripas ſtylum traxi, vno ore loquor, ſed omnium crede. *Veniat iam in noſtras ate profecta pagina manus*, ſi quæ ſecura a calumnijs, hæc cum & laudem fugias deſiderijs ſatisfaciens, imo ſecurior, ſi officiū hoc largiaris amicis, cum natis, & comparatum ſit, vt quibus impendimus ſtudium præſtemus affectum. Interim (cum maiora canon, quæ pro meritis ſpero) duo ad te feram, beneuolentiam, & obſequium, horum illa frui rogo, iſto vti, viue, & vale.

D. ac D. Francisco de la Espada, in maiori Collegio Archiepiscopi trabeato.

Decretali cathedræ antecessori D. Martialis de Chaues I.C. in hac Salmaticensi Academia pro bono publico oppositor.

OMNIVM In mente manet infixus character, in æuum nunquam deleturus, dum Vrbanum III. doctissimis huiusce musæi viris animis obstupescentibus, primas agens vrbanè, & mirificè enucleasti, quem per orbē famæ, & tuis meritis emmeri, tum iam diu merentibus, gloriæ, & immortalitatis, hoc quod te non minus ditat, addidisti Gladium Pontificium crimina falsi resecantem admiratus sane vidi, & audiui: sed obreue horæ, & rapidum curriculum, vtinam Nestoræos durares annos, auribus enim oblectamentum arripuisti.

Immortalia vt speres monet annus, & almum.
Quæ rapit hora diem,

Si præsentem tui ingenij actionem cedro, plenoque theatro longe dignissimam encomijs extollo (ò nobilissime, & per multum docte Francisce, vereor ne splendorem tui gladij radiantis, & coruscāti Phæbo non ob similis fascibus præstem adjuuare, potius enim tantam facundiam eloquentiam tot, tantasque lucubrationes, & animi dotes silentio inuoluere duco, quam oratiunculæ inopia afficere: En ergo, ò fælix iuuentus Salmātina, fælicior cum tanto viro, & præceptore in lucem prodit verus in crimine falsi tractatus, verus inquam, vt pro rostris per oratus. vnicaque recitatus hora, dignus vt per omnes terrarum horas sit in cultu, tantum enim commodi virtus affert, vt quem semel complectitur, non solum clarum, & illustrē præsentibus reddat, sed etiam absentum, & ignotorum gratiam cōciliare videatur, munus igitur libenti, & grato animo excipito, Autoris enim erga te ostendit amorem.

Accipe, & hæc manuum tibi quæ monumenta mearum
Sint puer, & longum Andromaches testentur amorem.

Sitq;

Floridissimam, & nobilissimam totius Hispaniæ iuuentutem.

S. V. I.

Ita ad vos recitaciuncula mea, idest, illa ipsa quem apud vos dixi, sine veste, sine pectine, sine fuco, aut paratura, &

Qualis Apelais est color in tabulis.

NAM augere, & polire, exemplo veterum, atque adeo Plinij, & Tulij poteram: Sed uideo non semel eiusmodi histriones, qui nudi & incompti in teathrum incedunt, domi se vestiunt, ornant, & instruunt gestu, accionibus, & apparatu. Mehercle in hoc dicendi modo quærenda est elegantia, non affectanda, vsurpandamo dice, non ostentanda. Quid serium magnopere breui illo tempore, cultum, aut eloquentiæ, vel sapientiæ reconditum expectes? A me frustra, qui in blandicēti illa heresi sum harum recitationum sermonem sub manu nasci debere, & sub acumine ipso stili, atque adeo (dicā vere) bis non scribo, bis vix eas lego. Quid hic nisi imperfectū indigestum, & rude? Vt pictor leui manu, & volante penicillo rugas berrucas, næuos in facie exprimit, haud tam facile ipsam: sic & nos præcipui illo spacio, quo hæc ad lychnum scribimus premente somno. Quicquid igitur hoc sit accipite, & æstimate ab affectu. Nam & vestrum expertus sum his diebus, cum me ad Decretalium Cathedram euixistis, tot superantibus suffragijs, vt commune hoc omniū fuisse votum diiudicem. Valete, & viuite fælices ea pace, & quiete, qua opto vestro bono, & spero, & fauete, amate, fauentem, amantem.

Licenciado D. Francisco di la Espada y Prada.

Studiosis, & eruditis.

FELIX prodit è felice ingenio ex temporanea imò ocatura relectio, & non minus noue, quam feliciter se expediuit vir eruditus, dum fugit absonum quorundam interpretandi consilium, & aniles Doctorum aliorum fabellas, ostenditque veros Capitum, & legum vtriusque iuris sensus pure, continne, atque aliqua posse cum arte prodi, quod sobria efficit oratione verbis adstricta, densa sententijs, vt nihil defluens notari nihil posit inane, quin varias reconditorum, multisque dificultatibus res obstrusas enarrat ita, v t iam veritas ipsarum, qusi diu in profundo iacuerat abstrusa, nec fuerat vl e lum vere cognitionis lumen sortita, posteris eluceat, & clareat, & vt ex animi sententia, nihil omitam in polita perpolit, dispersa componit, verbosa contrahit, illustrans obscura, vt animus obligatus quantumuis relaxari valeat: nec vt elegans & festiuus scripsit Poæta.

Sit opus libro nimium lectore guloso.

Sed studiosorum omnium, maximè politioris, & reconditioris litteraturæ, sit vsui, & delectationi futura, & si enim nuda, & perspicua delectat oratio, interdum tamen inscribendo generis cuiusdam laudatur obscuritas, quæ à vulgari consuetudine ab ducens, legentium continet attentionem, & ex ipsa peregrinitate dignitatem, & maiestatem conciliat. Valete.

Licenciatus D. Didacus de Arredondo & Aluarado eiusdem Collegij alumnus, & Cathedræ Digesti veteris antecessor.

Al Licenciado don Francisco de la Espada, Colegial en el mayor del Arçobispo, y Cathedratico, de Decretales en esta Vniuersidad.

De don Manuel Brauo de Velasco Soneto.

COmun aplauso, fama populosa
tu suerte incline. tu renombre aliente,
quando engastas en purpura luciente
gracia feliz, felicidad gloriosa.
Ni embidiada Iusticia, ni embidiosa,
pues afable à vna luz, à otra prudente
vences la embidia ya mas diligente,
y la atencion atrahes mas perezosa.
Materia facil à tu ingenio ofreze
essa jurisprudencia dilatada;
que assumpto debil, à tu ser pareze.
Si Alcydes culto, de virtud ossada
dificil Hydra, que en esphinges creze
la siegan filos de tu docta ESPADA.

A la leccion de oposicion, porque lleuò don Francisco de la Espada la Catedra de Decretales, su muy antiguo apassionado don Diego Baeza, y Quiñones.

Decima.

No falta sino vn pregon
Señor don Francisco Espada,
que diga, no deuiò nada
el merito a la atencion.
Vos imprimis la leccion
humilde con grande excesso,
bien os pudo excusar desso
el saber como sabeys,
que siempre lo que leys
queda en las almas impresso.

Por Iacinto Polo de Medina, Camarero del Obiſpo de Auila.

Al grande ingenio de don Franciſco de la Eſpada, Catedratico de Decretales.

Si le niego á tu leccion
el debido aplauſo, es gloria,
que es confeſſar la memoria
perdida en la ſuſpenſion:
Que propias venganças ſon
de tu ingenio, eſſe lucido
diſcurſo, donde aduertido
á la imbidia vn peſar das;
que darle que imbidie mas
es vengança de entendido.

RECITATIO SOLEMNIS.

Ad textum in cap. ad Audientiam 3. de crimine falsi.

VRBANVS III.

AD Audientiam nostram, te significante peruenit, quod cum quosdam Clericos, qui falsauerunt sigillum Philipi Regis Francorum, carcerali custodia nuncupaueris (& infra) Fraternitati tuæ, vt eis nec membrū auferri, nec pœnam infligi facias corporalē, per quam periculum mortis possint incurrere, sed eis à suis ordinibus degradatis, insignum maleficij characterem aliquem imprimi facias, quo inter alios cognoscantur, & Prouinciā ipsam abiurare compellens, abire permittas.

Argumentum.

CVM Quidam Clerici Regij sigilli falsarij deprehenderentur ab Episcopo deprehensi in carcerem in missi sunt, consuluit Romanum Pontificem Episcopus qua pœna eos afficeret. Respondit que iuris Pontificij Legislator, nec membrum eis auferendum, nec pœnam aliquam infligendam corporalem, per quam possit periculum mortis imminere, eis tamen post degradationem characterem inurendum, quo possint cognosci, atque patriam abiurare cogendos. Cuius argumenti hæc est summa. *Falsa-*

rijs Regij sigilli, siue annulli non pæna capitalis, seu corporalis imponenda est, sed nota solum, qua facile ab omnibus dignoscantur, atque in exilium mittendi. Firmant, & affirmant hanc conclusionem præter ordinarios repetentes in præsenti, qui leuipede tangunt, Petrus Dueñas, regula 29. Paul. Fusc. sing. 11. littera F. Baeza de inopia debitorum, cap. 2. num. 77. Nicholaus Boerius decisione 82. ex num. 3. Afflict. decis. 21 & 400. & alij relati a Zenedo in collect. ad nostrum textũ, Iulius Clarus. recept. sentent. lib. 4. quæst. 36. §. falso, & in practica criminali, §. fin. Didacus Perez in l. 1. libr. 1. titulo. 9. in glossa salua, *à leue traycion*, pag. 157. Salcedo in practica criminali, cap. 117. Gregorius Lopez in l. 60. tit. 6. partita 1.

1 Sed vt lana quibusdam succis præparanda est, anteaquam optimum illum colorem imbibat, sic, & noster textus anteaquam illum serio purpura tingam.

2 Ergo præmitto crimen hoc falsi grauissimum esse inter publica, & propter eius frequentiam, grauiter a legibus puniri, non modo si agatur, de testamento falso, sed etiam de quocumque alio instrumento, atque ideo, quilibet de populo, etiam si eius non intersit, ad accusationem admittitur, vt vulgo colligitur, ex l. 1. ff. de public iudicijs, testatur Ant. Gomez, cap. 1. de delictis, n. 1.

3 Secundo præmitto falsi hoc crimen circa multa, & in multis committi posse, veluti in testamentis, in moneta, in sigillo, de quo hic sermo, nescio, an hi Clerici circa vnum, vel alterum, hoc crimen commiserint: De illo autẽ in materia sigilli falso fabricati, & si quis eo vsus fuerit præter voluntatem Domini, vide si cupis, Decium cons. 175. columnn. 4. vers. 5.

4 Tertio præmitto, quod licet iudex secularis nullo modo possit procedere occasione alicuius delicti contra Clericum, text. in cap. cum non ab homines de iudicijs, vbi omne, & huiusmodi priuilegium a iure diuino sit, vt ferr Alciatus in dict. cap. Didacus in practica, quæst. 31. num. 1. qui refert Felinum, Rochum, & Rebufum at si Clericus immisceat se atrocissimis delictis a iudice Laico posse puniri, videtur probari ex textu, in cap. perpendimus de sententia excommunicationis, vbi supplitio vltimo afficitur Clericus, qui Regis filium se falso nominabat, & in rem publicam mouerat arma,

quo

quo casu consulitur Pontifex an comes ille, siue præfectus, qui sententiam dixit pro absolutione Romanum Pontificem adire deberet respondit que non ei necesse, sed aliam pænitentiam esse iniungendam.

5 Perspicio hic ego ac rem pugnam inter Vrbanum III. & Alexandrum, nam cum nullum, vt diximus atrocius sit crimen, quam falsitatis, quare in illo textu sententia capitis indicitur, & in nostro solum exilij, & inustionis? Fluctuant interpretes in illius textus intelligentia, nec satis portum tangunt. Communis est sententia, quod Sacerdos, qui demisso habitu, & tonsura immiscet se ennormitatibus amittere priuilegium fori, atque posse a iudice seculari puniri. Alij existimant prædictum priuilegium non amittere, nisi prius fuerint a suo Prælato termoniti. Alijs vt Cardinalis in dict. cap. perpendimus differentiam faciunt, an Clericus enormis occidatur a priuato, an autem a iudice, ita vt ille possit illum interficere absque eo, quod incurrat excommunicationis sententiam, de qua in cap. si quis suadente 17. quæst. 1. hic autem incurrat, quia secundum hos Authores violaret immunitatem fori Ecclesiastici, atque ita sententiam excommunicationis incurreret.

6 Doleo illorum naufragium, nam clare euincitur ex illo textu in dict. cap. perpendimus, falsarium illum Clericum a comite interfectum esse, non vt priuato, sed vt iudice, nec se defendendo, seu propulsando, vt clarum ex illis verbis: *A comite iussus est fustigari, qui postea eius mandato traditus patibulo expirauit.* Ex quibus Cardinalis, vt ait Alexander de Neuo consilio 59. expresse pugnat contra verba textus, & communem Doctorū scholam, quæ in eam iuit sententiam, vt priuilegium fori amitteretur.

7 At Gofredus elatus à prædicto Alexandro, censet illum textum intelligendum esse de Clerico constituto in minoribus, qui dimisso habitu, & tonsura, se inæffrenate tradit ennormitatibus, qui priuatur priuilegio fori non autem Clericus in sacris constitutus, sed hæc sententia apertissimè falsa est, & etiam illa Alexandri de Immola qui ait amittere priuilegium Canonis, non autem fori.

8 Quare alij indistinctè tenēt, quod si Clericus dimmisso habitu immisceat se enormitatibus, ammitere omne priuilegium, siue

monitus

monitus sit, siue non, licet aliqui existiment necessariam esse perseuerantiam in crimine. Sed his omissis secundum decisiones communiter allegatas, & consuetudines retentas, id obtinuit, vt siue in minoribus, siue in sacris constitutus Clericus, qui dimisso habitu, & tonsura grauiora exercet crimina amittere priuilegium fori, siue monitus sit, siue non.

9 Cœterum, si Clericus incedat in habitu, & tonsura, cessant hæc omnia, nam quantumcumque grauia crimina exerceat, perseuerantiaque temporis demonstret incorrigibilem esse, tamen non priuatur illo priuilegio, quam communem esse opinionem ait Bosius in tit. de foro compet. & si verum sit posse iudicem Laicum falsarium clericum extra ciuitatem eijcere. Vnde etsi crimen admiserit lesæ Maiestatis, idem dicendum est, & si Principes sæculares soleant de facto illos torquere, atque suspendere.

10 Quare respondendum est textum in dict. cap. perpendimus non repugnare decisioni nostri textus, nam ibi iussus fuit occidi Clericus ille a iudice sæculari, hîc autem à iudice Ecclesiastico pœna sanguinis infligi non potuit, iuxta iuris Canonici obseruantiam, cap. sententiam sanguinis, ne Clerici, vel monachi, cap. his, à quibus cap. sæpe 23. quæst. vltima, vbi in Concilio Toletano disponitur, quod sæpe Reges, & Principes Laicis sacerdotibus delegant cognitionem. *Quia vero Sacerdotes* (ait textus) *à Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant Regibus fieri iudices, vbi iure iurando supplicij indulgentia permittitur, non vbi discriminis sententia preparatur.* Ex quo lux ad textum in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, in illis verbis: Tria quippe distinguit iudicia, primum inter sanguinem, & sanguinem, per quod criminale intelligitur, & ciuile, secundum autem inter lepram, & lepram, per quod Ecclesiasticum, & criminale denotatur, ex quo notat Couarr. lib. 2. variarum, cap. 20 num. 10. Iudicem Ecclesiasticum non sententiam sanguinis, sed legem in qua contineatur ferre posse.

11 Quarto præmitto ea potissimum ratione membri abscissionem in nostro textu prohiberi, quia Longobardia, & in Francia id ius erat, vt falsario manus dextra amputaretur, refert Gandinus de maleficijs, tit. de falsarijs a num. 3. meminit etiam Iulius Clarus vbi supra.

Vltimo

12 Vltimo moneo duplicem esse degradationis speciem, verbalem,& actualem, per illam deponitur quis, siue deijcitur à gradu, vel dignitate, per hác omnino exuitur, vt ita dicã, ab ordine, atque ditione Ecclesiastica, atque ita traditur curiæ sæculari, pro criminis qualitate puniendus, constat ex textu in cap. 1. de pœnis, lib. 6. cap. si quis, cap. Fælix 15, quæst. 7. expræsius in Concilio Toletano 4. ca. 18. Concilio Triburiensi, cap. 10. cap. 3. de translatione Prælatorum & clarius in Consilio Tridentino sessione 13. de reformatione, capit. 4. vbi priscus ille ritus degradationis actualis, quo duodecim assistebant Episcopi omnino aboletur. Quam quidem Ecclesiasticæ vindictæ formam regradationem appellat Diuus Hieronimus in epistola ad Pamachium, & lib. 2. ad Iobinianum, & in Ioannem Hierosolymitanum; ex eo scilicet, quia ab altiori gradu ad inferiorem, quis retrotrahitur.

13 Ex quibus obiter suspicionis nota inuritur vir alioquim doctus Franciscus Duarenus de Sacris Ecclesiæ miuisterijs, cap. 3. vbi vix credit morem illum traddendi Clericos exauthoratos curiæ sæculari, veteribus notum esse, quasi recens inuentum sit, cum ex tot iuribus liquido appareat antiquis Ecclesiæ tẽporibus illum viguisse.

14 Vnde cum degradationis actualis ille sit effectus, vt exauthoratos cœlestis militiæ traddant Episcopi Clericos brachio sæculari, inde est, quod noster textus non de degradatione actuali, sed de verbali tantum accipiendus sit, atque similiter omnia iura, in quibus degradatus remanet adhuc in obedientia Ecclesiæ, vt in præsenti aduertunt Abbas, & Antonius Butrius, & cæteri ad nostrum textum.

15 Quibus ita positis, & dispositis apparent iam genuinæ rationes dubitandi, & propriæ ad nostrum textum. Prima est, cur Episcopus consuluerit Romanum Pontificem de pœna, qua afficeret hos Clericos, cum ipse potestatem ordinariam in eos animaduertendi haberet, vt notum est, tritumque, & passim in Concilio Tridentino Episcopi ordinarij locorum appellantur. Secunda est ex textu in cap. ad falsariorum 7. hoc titulo, vbi statuitur fallarios litterarum Apostolicarum, qui per se, vel per alios illis falso vsi fuerint, vel illas fallaucrint, postquam per Ecclesiasticum iudicem fuerint degra-

 dati

dati poteſtati ſœculari tradendos eſſe, atque iuxta legitimas ſanctiones puniendos eadem ſeueritate, qua laici de hoc crimine conuicti & officijs, & beneficijs ſpoliandos; igitur idem dicendum eſt in noſtro textu de his, qui ſigillum Regis falſauerint.

16 Tertia dificultas eſt ex texto in cap. in Archiepiſcopatu 4. de raptor. vbi cum ad puniendos Sarracenorum exceſſus Reges poteſtatem Epiſcopis delegaſſent, & hi conſulerent Romanum Antiſtitem, eis reſpondit, quod eo moderamine ſe habeant circa vindictam, vt pœnam pecuniarlam eis imponant, flagelis afficiant, ſanguinis tamen ſententiam minime ferant, quod ſi ita grauis fuerit exceſſus quod mortem, vel detruncationem membrorum requirat vindictam reſeruent Regiæ poteſtati, ergo cum ea caracteris impunctione mortis periculum vel ſaltim ſanguinis infuſionis immineat, nõ debuit hæc pœna a iudice Eccleſiaſtico pronuntiari.

17 Quibus tamen rationibus dubitandi non obſtantibus veriſſima eſt Vrbani III. ſententia cuius ratio decidendi ad primam partem, qua aſſeruit, vt in falſarios Regij ſigilli ſentẽtia ſanguinis vel abciſsionis membrorum non pronunciaretur, ea eſt, quia iudex Eccleſiaſticus ſentẽtiã ſanguinis ferre non debet iuxta iam allegata. Ad ſecundam vero partem, qua aſſerit vt character eis imprimatur, & in exilium mittantur, ea eſt, vt bono, & fœlicitate propriæ patriæ priuentur, & vt ab omnibus etiam exteris dignoſcantur, nam ideo litteris, ſiue notis pungantur, vt ſint omnibus noſcibiles.

18 Neque obſtant rationes dubitandi adductæ in prima, nam & ſi verum ſit Epiſcopum tanquam ordinarium iudicem poteſtatẽ habere eos plectendi, tamen cum hoc enorme delictum falſitatis pœnam ſanguinis deſideraret iuxta communes leges, non debuit in Conſulto Romano Pontifice (qui ſemper in re graui conſulitur) propter timorem irregularitatis incurrendæ procedere.

19 Neque ſecunda ex textu in d. c. ad falſariorũ, nam communiter antiqui illũ accipiunt de falſarijs litterarũ Apoſtolicarum, in quibus ſpeciale eſt, vt Clerici degradentur ſolemniter atque tradantur curiæ ſœcnlari, & hoc ad coercendã, ſiue confundendam falſariorum malitiam, vt ait ille textus in principio, quod quidẽ confirmat Conciliũ Conſtanſcienſe in 18. ceſcione, c. 3. vbi ſtatuitur quod om

 ne

nes qui dolum,& fraudem circa litteras dictæ sinodi commiſſerint vel qui in hoc cōuenerint,aut aliquid fieri procurauerint degraden tut,atque curiæ ſæculari tradantur.

20 Vnde inferũt interpretes vitiatis,ſiue falatatis iudicis delegati litteris hanc pœuam non incurri,vt aduertit Panormitan. in cap. olim 2. notabili de reſcript.& a fortiori falſatis litteris inferiorum iudicum,cap.ſi Epiſcopus 50.diſtinct.qui textus ſtatuit contra preſ byterum,aut Diaconum,qui chartam falſauerint,& pœnam depoſitionis,& detruſionis in Monaſterium infligi.

21 Vltima difficultasad id nos nos reducit,vt de notis,ſeu characteribus aliqua diſſeramus,in quo quid ſeuitiæ apud Grecos Romanos que fuerit plane,pleneque ediſſeram cum gratia auditoris, & lectoris,vt ſpero,& cum fructu.In primis character in noſtro textu nihil aliud demonſtrat,quam litteram quãdam, quæ imprimebatur infacie falſarij , vt eius crimen aperte omnibus indicaret, cuius rei veſtigium extat in ſacra pagina,in Apochalipſi,cap.14.& 20.*Si quis acceperit characterem Beſtiæ in fronte,aut manu bibet de vino iræ Dei.* Et apud bonos Authores paſsim de hac re mentio , apud Dionem, lib.97.quod inuſti,& ſtigmatici litteratis inſcripti appellantur, vnde Martialis

Quatuor inſcripti portabant vile cadauer.

Auſonius.

Ergo notas ſcripto toleraſti Pergame vulta.

22 Vetus ea pœna,vnde Plutarchus eſt Author Samios captiuis Athenienſium Noctuam inuſsiſſe, & hos viciſsim illis Samœnã nauis id genus eſt. Idem Plutarchus , etiam alijs attribuit libello de tarditate diuinæ vindictæ,Qua pœna creberrime ante omnes,& liberrime abutebantur Romani,etiam in liberos homines , qui calumniæ damnabantur ,eorum enim fronti K littera inuſta quoniam priſci,uidelicet calumniã ſcribebant lit.K.Idque alijs iam notatũ,at in ſeruos nihili& nequam multo magis,veluti ſolemni quodam ritu ideo Iubenalis inſcripta ergaſtula dixit.

Quem mire afficiunt inſcripta ergaſtula.

Scribo-

23 Scribonius largus opportuna quadam narratiuncula, cap. 231. *Quatenus acrium, & exulceratorum medicamentorum habita est mentio, ponemus quo stigmata tolluntur in dignis. Etenim multis hac calamitas ex transuerso accidit, vt dispensatori Sabini Calui, in naufragio in ergastulo, quem Triphon multis delusum, & ne casu quidem notas confusas habentem vno medicamento liberauit.*

24 Et hæc quoque inscriptio vsurpata in pistrinensibus seruis, Appuleius prorsus graphice descripsit lib. 9. *Dij boni, quales illi homunculi, vibicibus liuedinis totam cutem depicti: dorsum que plagosum scissili centunculo magis inumbrati, quam obtecti, nonulli exiguo tegili pubē tantummodo intecti* (commodius liber scriptus qui apud me a Victore Giselino iniecti) *Cuncti tamen, sic tunicati vt essent per annullos manifeste: frontes litterati, & capillum semirasi & pedes annullati.* Nam frontes litterati inscripti nostri sunt: idque scripsit imitatione Plauti apud quem in Casina seruus cum seruo conuitium facit, *si his litteratus mesinat*, nec aliter quam stigmatiam, & litteris in vultu notatum interpreter, & si contranitente Lambino, qui accipi eum vult, cuius tergum, velut litteris, virgis concissum sit, atque conscriptum. Nec dissimulo in quibusdam manus scriptis, *frontes liturati*, legi quod ipsum, haud displiceat, quasi scripti, & rescripti, & fortasse ita scripserit Plautus.

25 Quæ autem littera, vel character imprimebatur, ambigimus? litteram dico, aut plura verba, quæ crimen continerent, causamque notæ, puta, caue, à fure, à fugitiuo, &c. bene explicat Petronius. *Impleuit Eumolpus frontem vtriusque ingentibus litteris, & notum fugitiuorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit.* Sicuti, & calumniatoribus littera K. in fronte imponngebatur, nam priscis ita calumnia scribebatur, atque ita per illum characterem designabatur crimen, quod admiserat, iuuat, & Seneca de beneficijs, lib. 4. cap. 37. in illis verbis. *Improuissimo militi, ingratissimo hospiti auidissimo naufrago, stigmata inscriberent ingratum hospitem testantia.*

26 Vides ex Petronio, & Appuleio, in facie hæc stigmata inuri. Atque ita censent Panormitanus. Ioannes Andreas, & Antonius Butrius in præsenti in facie, vel in fronte ea inscribi, licet contradicat Cardinalis, qui existimat hoc fieri non posse refragante iure, & equitate.

equitate. Iurenam Constantinus in l. in metallum, C. de pœnis, statuit quod si quis in metallum damnatus fuerit criminum qualitate, minime in eius facie scribatur. *Cum & in manibus, & in suris possit pœna damnationis vna inscriptione comprehendi, quo facies: quæ ad similitudinem pulchritudinis est cælestis figurata, minime maculetur.* Pia & elegantia Constantini verba! Per faciem enim hominis ipsum Deum mortales deprehendimus, & nos ab illa cognoscimur, & denominamur. Obseruaui iam pridem Poetarum Principem secundo Aened. dum loqueretur de Priamo abscisso capite.

Regnatorem Asiæ iacet ingens littore truncus.
Auulsumque humeris caput, & sine nomine corpus.

27 Et Paulus lib. 3. quæst. l. 44. de relig. & sumpt. fun. principalius hominis dixit esse, *caput, quia qualis cuiusque est ex eo fit inde cognoscitur*. Et crescit iniuria si quis in facie, aut mala percuciatur l. 56. ff. de pœnis.

28 E contrario autem iure id admissum esse clarissimè euincitur, ex Papiniano lib. 1. de adult. in l. quæstum 13. de testibus, quo loci cum dubitaretur an in publicis iuditijs calumniæ damnatus testimonium iuditio publico perhibere posset? Respondit que id neque lege Remnia) siue Memmia, vt alij legunt) neque lege Iulia de vi, & repetundarũ, & peculatus hoc vetitum. *Verum tamen (ait) quod legibus omissum est, non omittetur religione iudicantium, ad quorum officium pertinet eius quoque testimonij fidem, quod integræ frontis homo dixerit perpendere.* Quæ verba, *integræ frontis*, communiter ita accipiuntur, quia calumniatoribus frõs solebat inuri ex l. Remmia, nec hic immoror, quia plura cumulaui, in recitatione solemni, quam dixi annis præteritis pro obtinenda hac eadem decretalium Cathreda, quam Deo fauente, & annuente in lucem dabo.

29 More autem Græcorum, & Romanorum in hanc etiam sæuitiam itum est: vt inscriberent faciem. Præterea, quæ vidistis, Plinius clare. *At nunc eadem illa (rura) vincti pedes damnati manus inscripti vultus exerceat.* Plato 8. de legibus, *in facie manibusque crimine inscriptus &c.* Et quidẽ totam complebant. Nec falso Ioannes Zonaras, tom. 3. annalium duos quospiam monachos, quia Imperatorẽ Theophilum liberius monuissẽt inter alias ignominias inscriptos ait, & quidẽ ita, vt duodecem

decem verſuum epigramma exciperent illa vultus (vt ſic dicam) tabula. Ita ait ſic redditus. *Deinde facies eorum compunxit, & notis illis hos iambicos verſus attramento infuſo expreſsit.* Additque ipſos verſus conſtantes, & plenos.

30 Quim & ego addo ex Seneca ipſis oculis notas has immitti, ſic ait dict. lib. 4. de benef. c. 38. *Age ſi PHilipus poſſeſſorem illum, eorum reliquiſſet, quæ naufragio ceperat, non ne omnibus miſeris, à qua, & igne interdixerat? Potius eſt, inquit intra fines Regni mei, te litteras iſtas occulis inſcribendas durisſimas fronte circumferre.* Vbi Lipſius id nec fieri potuiſſe, nec ſolitum. Et ſic tentat an *foculis* legendum ſit, non quod ipſis proprie foculis inſcriptæ, ſed ferro, quod canduerat in illis. An potius legatur *ocius*? Quod eſſet ſtatim, & ſub hoc meo aſpectu inſcribendas. Sed auſpicor ego locum illum ſine ferro ſanari poſſe, ſi eum intelligamus, non quod proprie in occulis hæ litteræ impungerentur, ſed in facie, ideſt, circa vel ſupra occulos, ita vt obumbrarent (vt ſic explicem) viſum. Eo ſenſu dixit Seneca, vt ex ſeqq. verbis apparet. *Oſtende quam ſacra res ſit menſa hoſpitalis, præbe in facie tua legendum iſtud decretũ, quo cauetur ne miſeros tecto iuuare capitale ſit. Magis iſta conſtitutio ſic erit rata quam ſi illam in æs incidiſſem*, nota hæc vltima verba, *in æs incidiſſem*, vt fieri alias ſolebat lege iam perlata. De hoc more plura apud Ant. Aug. lib. de legib. cap. 16. & Briſſonium lib. 3. de formulis. Quod quidem ius & morem inſcibendi in facie adſtruit ipſa noſtri textus ratio, nam id potiſsimum fieri dixit, vt ab omnibus dignoſcãtur, quod facile non eſſet, ſi in manu, vel in brachijs hoc fieret cum occultari poſſet, nec magna induſtria. ipſa lex 6o. tit. 6. p. 1. *Porque ſea conocido.* Neque iam repugnat textus in d. l. ſi quis in metallum, nam ibi refertur ſpeciale reſcriptum Conſtantini, pietatis, & Religionis obſeruantiſsimi V. Pithæum 4. not. Moſ.

31 Superſt vt videamus quomodo inuſtio hæc fieret, Et an in ſuperficie ſolum vel incute? Et primo ratio inſcribendi, ita erat, vt notæ inurerẽtur candenti ferro. Deinde infunderetur atramentum quo nunquam deleri poſsent, & præberentur omnibus legendæ, Zonaras vbi ſup. *Hos Iambicos attramento infuſo expreſsit*, Iuuenalis.

Tam felix quoties aliquis tortore vocato.
Vritur ardenti duo propter lintea ferro.

Seruum

32 Seruum intelligit, qui ob furtum duûm linteorum, frontem inustus, Neuium de hac re ego capio apud Priscianum lib. 8.

Signare oportet frontem calida forcipe.

33 Et ab hac causa iuste focorum signa appellauit ipsa stigmata Columella.

Delitura quoque est fronti data signa focorum.

34 Licet alij non ineleganter loco *focorum*, legant siue reponãt *fugarum*, vt ad fugitiui notas referatur.

35 At in militia Romana licet primis temporibus militum floreret delectu, de qua re v. in C. Theodos. lib. 7. tit. 11, & tit. 13. tamẽ vt paullatim alia, atque alia in moribus mutantur, aut succedunt, ad pernitiẽ cãdeuenit, vt milites haberẽt, quasi seruos. Ecce enim tyrones iam captos compungebant, & in cute signabant, Veget. lib. 2. c. 5. *Victuris incute punctis milites scripti, & matriculis inserti iurare solent.* Et quidẽ militibus manibus impressa stigmata. Aetius medicus ita versus. *Stigmata vocant, quæ in facie, aut alia parte corporis inscribuntur, qualia sunt militum in manibus.* Et suspicor in istis militum notis nomen Imperatoris designari. Diuus Augustin. inducit epist. 1. *Sic error corrigendus est cuis, vt nõ corrumpatur in ea signaculum redemptoris. Neque enim si quisquam Regio caracterẽ à signato desertore signetur, & accipiat indulgentiam, atque ille redeat ad militiam, ille autem esse in militia, in qua non dum erat incipiat, in aliquo eorum caracter ille resc inditur, an non potius in ambobus agnoscitur, & honore debito, quoniam regius est, approbatur*, appellat enim *Regium caracterem*, sicut Chrisostomus homilia 3. n. 2. ad Corinthios, *Sicut militibus signaculum, ita fidelibus spiritus imponetur, & si ordinem deserueris, notus omnibus fias.*

36 Ex quo melior lux Augustino ad Valerium contra Iulianũ, c. 11. lib. 2. de Nuptijs & concupisc. relatus in c. ex quo 6. de consecratione, dist. 4. *Ex quo (inquit) instituta est circumcisio in populo Dei (quod erat tũc signaculum fidei iustitiæ Dei) ad sanctificationem purgationis valebat paruulis originalis, veterisque peccati. Sicut & baptismus ex illo valere cepit ad innouationẽ hominis ex quo constitutus est. Et vbi circuncisionem veterem, signaculum appellat.* Enim vero, & in l. 10. de aquæ ductu Imperatores sic edicunt. *Aquarios singulis manibus eorum felici nomine pietatis nostræ impresso signari decernimus, vt huiusmodi annotatione manifesti sint omnibus.* Imperatores Arcadius, & Honor. in l. 3. C.

de Fabricense in lib. 11. *stigmata hoc est, nota publica Fabricensium brachijs ad imitationem tyronum infligatur vt hoc saltim modo possint latitantes agnosci his qui eos susceperunt*. Quid quod & olim nomē Imperatoris in scutis, hastis vexillis solent inscribere, atque ex eo exemplo num incutere? An & à sacris hoc petitum dici possit? Nam quos Deo alicui consecrabant & initiabant, hos stigmatibus inurebant, Prudentius aperte.

Quid cum sacrandus accipit sphragitidas.
Acus minutas ingerunt fornacibus.
His membra pergunt vrere, vtque igniuerint.
Quamcumque partem corporis feruens nota.
Stigmarit, hanc sic consecratam prædicant.

37 Sed hæc satis de hac re, ex quibus clarum est has notas incute infligi, vt vides in supradictis locis, quare nullum mortis periculum timeri poterat, atque ita nihil obstat text. in dict. cap. in Archiepiscopatu de raptoribus, vbi prohibentur iudices Ecclesiastici sanguinis proferre sententiam, ac sæuis se immiscere, nam vt mirifice aduertit glossa in præsenti, verbo characterem, non ita profunde character hic inurebatur, vt sanguinem eliceret, sed cutis superficies deformabatur in signum tanti malefitij, & in tanti criminis odiū quamuis consultius est, vt iudices Ecclesiastici, quantum potuerint ab his abstineant.

38 Ex his omnibus infero primo interpretationem, ad constitutionem Clementis lib. 2. cap. 49. vbi postquam rigide iudices admonuit, ne personarum acceptores sint, subdit postea quod si alicuius falsitas conuicta fuerit, rigide iudicetur, *& gladio ignis tradatur*, quæ verba gladio ignis, licet aliam interpretationem accipiant, tamen, & in hanc trahi possunt, non in concinne, vt accipiantur de calumniatoribus, de quibus ibi sermo, quorum frons, vt iam prædiximus, notis seu punctis, ex l. Remmia inurebatur.

37 Secundo infero interpretationem ad Concilium Matisconense primum, a Ioanne 3. Papa celebratum, vbi flagellorum pœna imponitur iuniori Clerico, qui iudicis Ecclesiastici fugerit iuditiū, & ad sæculare remeauerit, dum tamen ait textus, *vno minus de quadraginta ictus accipiat*. De quorum verborum interpretatione, vide in vete

se

re Deuteronomij legē, cap. 25. Diuum Paulum, epist. 2. ad Chorint. cap. 24. Iosephum Flabium 4. antiquitatum, cap. 8. ad rem solum aduerto in hoc canone, & in nostro textu pœnam corporalem, & inustionis, & verberum Ecclesiasticis personis infligi, quod rarum est.

40 Tertio infero interpretationem ad textum in cap. si judex de senten. excommunicationis, libr. 6. vbi consulitur iudicibus, quod quoties quis in habitu Ecclesiastico deprehenditur, licet dubitetur, an sit Clericus ad iudicem Ecclesiasticum remittant, *iustum est enim, vt isti talis, quem gestat ex habitu quibusque apparent, aliud præsumatur qualis is esse*, cuius fert habitum comprobatur. Ex stigmate namque consueto Fabricensibus imprimi latitans Fabricensis adnoscitur, & custodes aquarum (quos Hydrophylacas nominant) quæ eis infigi solet annotatione signati manifesti sunt omnibus, & angariarum nomine non tenentur: Adde Cuiatium ad dictum textum, Antonium Gomezium ad leg. 45. Tauri, n. 47. Mentionem etiam reperies de stigmate, in cap. hoc ipsum 33, q. 2, sed ibi non de artificiali, sed immisso a Deo stigmate, vel lepra est sermo, vt etiam accidit Balthasari Regi cum Pontificiæ potestatis laminam voluit vsurpare,

41 Quarto infero interpretationem ad receptam illam apud Iacobitas consuetudinem baptizandi, qui quidem ferro candenti frontibus baptizandorum signum Crucis imprimebant, meminit Ægidius de ConinK de Sacramentis, q. 66. art. 4. dub. 1. in explicat. illorum verbornm Mathæi cap. 3. vers. 11. *Ego quidem baptizo vos in aqua, in pœnitentiam, qui autem post me venturus est, fortior me est (cuius non sum dignus calceamenta portare) ipse vos baptizauit in Spiritu sancto, & igne.*

42 Quinto infero interpretationem ad legem 3. C. de sportulis pro cuius intelligentia aduerte singulis iudicibus duos executores attributos. qui causas instructas referrent, atque executioni mandarent, quo supposito asserunt Imperatores, quod si negligentes in suo officio fuerint, vsque ad sex solidorum summam condemnentur, si illustres fuerint iudices, ab amplissimis autem licentia sit, *vsque ad corporales pœnas* (ait textus) *& maculas procedere*, quibus verbis ni hil aliud indicant, quam stigmata hæc, siue characteres, quibus publice compungebantur.

43 Vltimo infertur interpretatio ad legem 60. tit. 6. partit. 1. cuius hæc verba. *Otro si quando algun Clerigo fuesse fallado, que falsasse carta, ò sello*

del Rey, debe ser degradado, e aulo de señalar con fierro caliente en la cara, porque sea conocido.

44 Adduci in hanc rem posſint Vlpianus in fragmentis, tit. 1. verſ. dediticionem, ibi, ſunt qui pœnæ cauſa vincti ſunt à domino, quibus veſtigia ſcripta fuerunt &c. Cui adde Theophilum in §. libertinorum, inſtit. de libertinis. Poteſt etiam adduci Vlpianus in l. 1. §. tamdiu 8. in illis verbis, eorumque nomina, & notæ, & cuius ſe quis eſſe dicat, ad Magiſtratus deferantur, vt facilius agnoſci, & percipi fugitiui poſsint. Notæ autem verbo, etiam cicatrices continentur, cui adde Gothofredum ibi. Poſſunt etiam explicari iura Regia, in l. 6. tit. 15. lib. 8. & l. 1. tit. 1. lib. 5. in Regijs ordinamentis, hodie lex 3. tit. 1. lib. 5. Recopilatio, quibus recipitur in praxi, vt contrahentibus binas nuptias eodẽ tẽpore, candenti ferro fronti impungatur L. Q. quæ iura explicat Couarr. de ſponſalib. 2. parte, c. 7. §. 7. Explicari etiam poſſunt iura, in l. neminem 2. C. de inceſtis nuptijs, l. 7. C. de Iudeis, nouella 18. cap. 3. verſ. Sicut enim qui legitime vxori coniunctus cum alijs, & l. hunc qui duas C. ad legem Iulliam de adulterijs, l. 16. tit. 17. partit. 7. l. 8. tit. 20. lib. 8. Recopilationis, Cuiatius præter ea loca quæ explicauimus in l. 3. C. de Fabricentibus, lib. 11. & addictam leg. 13, de teſtibus, & ad Vlpianum in fragmentis, in d. tit. 1. explicat in tit. C. de pœnis, & lib. 7. obſeruationum, cap. 13. Pãcirol. lib. 2. in Theſauro cap. 241. & lib. 1. memorabilium, tit. 56. Auendaño de exequendis mandatis, 2. p. cap. 21. Gregor. Lopez in l. 21 tit. 11. partit. 2. & in l. 6. tit. 28. partit. 2. verb. *En la cara*, Guardiola de nobilitate Hiſpaniæ, cap. 14. & 37. Pancoruinus cap. 41. obſeruationum, Anton. Gomez in l. 54. Tauri n. 77. Curia Philipica, libr. 1. c. 7. Iulius Ferret de Re Nauali, lib. 16. Baſilius variarum q. 7. c. 20. D. Laurentius Ramirez ad Martialem lib. 20. epigramat. 2, erudite vt ſolet. & elegante Doctor Ioannes de Solorçano. tom. 2. de iure Indiarum lib. 1. c. 14. n. 1. & ſeqq. Maluenda de Ante Chriſto, lib. 8. c. 20. Caſanæus in catalogo gloriæ mundi, concluſ 31. & ſeqq.

Et ſi plures fuerint, nam non omnia ſcire a Deo vni data eſſe ſcio.